

*Es heisst in diesen Handschriften das im Rheinauer Codex überlieferte Satzbruchstück Syon fuit arx Hierusalem, et dicitur specula et est ecclesia, quae regem vervollständigend und dann den Sermo beendigend:*

[A fol. 77<sup>b</sup>] glorie speculatura est in eterna patria. in huius syon fundamenta lapis angularis est missus, dum de paterna sede in hunc [B fol. 103<sup>a</sup>] carcerem pro perduto seruo uenit christus et parietem, qui in celesti edificio per ruinam  
 5 angelorum corruerat, de uiuis lapidibus i. perfectis hominibus reparauerat. hic ideo lapis est dictus, quia ferramento passionis est politus, et propterea quia sicut machina stabilis manet, que super lapidem fundatur, ita structura ecclesie inconcussa manet, quoniam super petram christum locatur. angularis autem id-  
 10 circo dicitur, quia sicut lapis angularis duos parietes inuicem compaginat, sic christus duos populos, iudaicum scilicet et gentilem, in unam fidem copulat et humanam atque angelicam naturam in unam concordiam consociat, ideo preciosus, quia in precio mundi est datus, ideo uero electus, quia pre omnibus  
 15 angelis et hominibus ad redemptionem nostram est a deo electus. hic lapis est, in quo erat lex scripta, quia decem precepta legis per christum sunt edita. qui aliquod preceptum legis preterit, in hunc lapidem offendit. et nisi cicius tumor uel uulnus sue offense per penitentiam curetur, ut palmes fructum non ferens, de uite christo confringetur et in ignem committetur. super quem uero ceciderit, conteretur i. si in peccatis usque in finem perdurauerit, a iudicio christi ut a lapide in abyssum deprimetur. hic est lapis, de quo propheta dicit: uidi lapidem, qui septem oculos habuit, i. christum, qui septem donis  
 20 spiritus sancti plenus fuit. hic est lapis, quem daniel de monte sine manibus precisum uidit, qui in montem magnum creuit et uniuersam terram impleuit. hoc est christus de iudaico populo natus, cuius fidei honor per totum mundum est dilatatus. hic est lapis, quem reprobauerunt edificantes. homines murum con-

1 eterna] celesti C      3 carcerem] mundum BC      5 corruerit B, corruerat [era durch Unterpunktierung getilgt, i. übergeschrieben] C      6 reparauit BC      8 super petram BC; structura ecclesie] ecclesia BC      9 quoniam] que BC      14 preciosus] directus BC      17 legis fehlt BC      20 mittetur BC      21 si] qui BC      26 manibus concidentium BC      27 christus fehlt BC.